Et memorandum est quod istud factum proclamatum fuit
in plenam sessionem coram Willelmo Thyrnyng et Ricardo
Sydenham Justiciariis domini Regis ad assisas in comitatu Rotel'
capiendas assignatis die Martis in tercia septimana Augusti
Anno Regni Regis Ricardi secundi decimo nono

Lydyngton

EX 30/41

A graunt & confirmation made by the
L. of Seyton to the bisshop of lincolne
for Liddington mille & diggynge in
the medow of the L. of Seyton for
[illegible] the mille banke &c.

note that there beinge
some question to
debarre my lo. and
his tennantes
from takinge of
earth to the aboute
the mille Banke
this deede will
testifye what
my lo. & tennantes
maye doe. marie
7 Nov A° 1607

Omnibus hoc scriptum indentatum visuris vel audituris Johannes de Seyton miles salutem in domino. Cum venerabilis pater dominus Johannes de Bokyngham Lincoln' episcopus teneat quoddam mo-
lendinum aquaticum in Thorp iuxta Seyton situatum super ripam aque vocat' Weland ex parte boriali continens in longitudine a fine orientali usque ad finem occidentalem quinquaginta et quinque
pedes et in latitudine triginta pedes simul cum bayn et stagno dicti molendini ac ripis eiusdem et salicibus in eisdem ripis crescentibus quod quidem stagnum cum ripis predictis se exten-
dunt versus occidentem a dicto molendino usque ad pratum vocat' Thorpmersshe iuxta quod stagnum est quidam locus vocat' le Wamnest. De quo quidem molendino cum bayn stagno ripis salicibus et loco
vocat' Wamnest idem dominus episcopus et predecessores sui seisiti fuerunt et extiterunt a tempore cuius contrarii memoria non existit tanquam parcella manerii sui de Lydyngton et usi fuerunt a tempore
predicto ad fodiendum et capiendum terram pro dambote ubique in quodam vasto inter ripam borialem stagni predicti et communem viam versus terram arabilem de Thorp ad emendandum et exaltandum ripam
predictam in defensionem aque et stagni predictorum quociens opus fuerit. Et etiam ad fodiendum et capiendum terram pro dambote in prato predicti Johannis de Seyton ex parte australi aque predicte iuxta
le Rokedam ad defendendum cursum aque ibidem quociens necesse fuerit, ne cursus aque divertatur ad dampnum seu nocumentum molendini predicti. Noveritis me predictum Johannem de Seyton
pro me et heredibus meis totum statum et possessionem predicti domini episcopi antedicti in predictis molendino bayn stagno et ripis cum salicibus cum suis pertinenciis ac usum suum fodiendi et
capiendi terram in vasto et pratis predictis in forma predicta concessisse ratificasse et confirmasse et totum ius meum et clameum in eisdem sibi et successoribus suis remisisse et quieti
clamasse imperpetuum. Ita quod nec ego nec heredes mei nec aliquis nomine meo aliquod ius vel clameum in eisdem exigere poterimus in futurum sed inde sumus exclusi per presentes. Et ut bene
liceat predicto domino episcopo et successoribus suis omnia antedicta [illegible] sive per presentes concessa habere capere et gaudere in forma predicta absque impedimento mei seu heredum meorum tem-
poribus futuris. In cuius rei testimonium ego predictus Johannes de Seyton huic parti huius indenture mee penes predictum dominum episcopum remanenti sigillum meum apposui. Et predic-
tus dominus episcopus alteri parti penes me predictum Johannem remanenti sigillum suum apposuit. Dat' Lincoln' vicesimo die mensis Januarii anno regni Regis Ricardi secundi decimo nono.